



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis  
Oratorii Fvndatoris**

**Gallonio, Antonio**

**Mogvntiæ, 1602**

Septemdecim annorum adolescentem Sacerdotio insignitum noscit  
diuinitus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

*Septemdecim annorum adolescen-  
tem Sacerdotio insignitum  
noscit diuinitus.*

**E**odem ferme tempore adole-  
scens quidam Thomas nomine,  
annorum circiter sexdecim ( septi-  
mum enim, & decimum non exple-  
uerat) Romam venerat. Hunc pro-  
pinqui ( quod omnes præter ipsos  
latebat ) ea et si ætate non erat , vt  
promoueri ad sacros ordines posset,  
sacerdotio tamen initiari fecerant,  
idq; eo consilio, vt aditum sibi com-  
pararent ad luculentam, magnamq;  
hæreditatem plus quinquaginta  
millibus adeundam aureorum, quā  
nullo alio pacto ( quod hæredes se-  
cundi erant ) nisi Thomas , cui ea  
obueniebat , sacerdotalem vitam  
amplecteretur , obtinere poterant:  
is itaque ubi Romam peruenit, mox  
secunda circiter hora noctis ad Bea-  
tum Patrem adducitur : qui si mul-  
atque illum vidit, sacerdos es , ei di-

xit,

xit, an non ita est? cui Thomas haud dubium, inquit, id quidem est: sacerdos sum: verum dicis, eiq; cuncta exposuit, vt se habuerant. Ea porrò predictio admirabilis prorsus extitit, quādoquidem is planè ignotus erat Philippo adolescentulus, qui etatis annum septimum & decimum non excedens, laicorum more induitus prodibat. Narrauit deinde B. Pater Francisco Mariæ Taurusio se Thomæ faciem eo fulgore, qui è sacerdotali charactere fluit, splendentem vidisse. Cuius rei, ne quis fabulosam, aut commentitiam putet, auctor est idem Franc. Maria Taurusius Cardinalis Philippi familiarissimus, qui eandem iureiurando firmauit. Nunc discedam à rebus à Philippo gestis Paulo Quar-  
to Pontifice: sed adiiciam prius hæc paucula, quæ quoniam quo Pontificatus anno gesta sint, ignorō, in extremum locum coniicienda fuere.